

79  
Omnis aut querens nodum habet quod vult. Erit  
igitur beatus homo qui quod vult non habet. quod  
heri nobis omnibus videbatur absurdum: vnde cre-  
debamus a Academicorum tenebras esse discussas.  
Quare iam licentius de nobis triumphabit: mihi quoque  
illa dulcia que contra valitudinem meam temere ac-  
cepi. has de me penas erigere quasi prudens me-  
diciis admovebit. hic etiam cum mater audivisset.  
ego inquit trigeceus non concedo deum continuo ad-  
versari cui non sit propicius: sed esse aliquod medi-  
um puto. Cui ego istum tamen hominem iquam me-  
dium cui nec propicius deus est nec infestus: deum qui  
quomodo habere concedis. hoc cum ille citaret. alii  
uid est inquit mater deum habere: aliud non esse  
sine deo. Quid ergo iquam melius est: utrum habere  
deum: an non esse sine deo. Optum possum inquit  
intelligere ista est sententia mea. Qui bene vivit  
habet deum: sed propiciam. qui male habet deum sed adver-  
sum: qui autem adhuc querit nondumque invenit.  
neque propiciam neque adversum: sed non est sine deo.  
Hecine iquam nostra sententia est. hanc esse dice-  
runt. Dicite mihi queso iquam ratio nobis videtur  
esse homini deus propicius cui fauet: esse confessi  
sunt. non ergo iquam fauet deus querentem se ho-  
mini. Responderunt. fauet. habet igitur iquam deum qui  
querit. deum propiciam. et omnis qui habet deum propici-  
um beatus est. Beatus ergo et ille qui querit. Qui